



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De irregularitate ex defensione, ratihabitione, & omisßione cap. 86. 87. &
88.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

De Irregularitate ex defensione,
ratihabitione, & omissione

Cap. 86. 87. & 88.

Contrahitur etiam ratione
homicidii voluntarii & ca-
sualis irregularitas ex de-
fensione, & aliquando quidem ex
defectu, interdum vero ex delicto,
ut de mandante, & consilium præ-
bente est dictum. Ex defensione
sunt irregulares ministri instituz.
vt Fiscalis, Aduocatus, Notarius,
Testes, qui litteras scribunt, offi-
ciales, accusatores, qui si opem fe-
rant in homicidio iusto, erunt ir-
regulares ex defectu, si in iniusto,
ex delicto. Licet tamen ex prinile-
gio personis ecclesiasticis quere-
lam apud iudices deponere pro
sui, refutareque suarum defensio-
ne contra malefactores, etiam
in pena mortis imponenda, dum-
modo ante protestentur se non

G ij

intendere vindictam, vel sanguinis pœnam, & verè non inrendat nam si verbis tatum protestentur, & animo sanguinis vindictam expiant, erunt irregulares, inquit Toletus. Irregularitatem pariter contrahunt, qui iustitiae zelo ad comburendam hæreticum liguerunt, si ad mortem cooperentur, similiter & qui campana signum indicant occisionis, qui verbis, & signis manifestant latronem ut capiantur. Item socii eorum qui occidunt iniuste, etiam si manus nil cooperatifuerint, modo tamen eos comitentur ut amissiores reddant ad cædem. Per rati habitionem autem non contrahitur irregularitas. Ex omissione vero, qui non tenentur liberare aliquem à morte, nec peccant nec contrahunt Irregularitatem si omittant, secus verò quando omissione liberationis à morte habet vim consensus, & auxiliū

nam qui tunc liberare omittit est irregularis. Idem dicendum si sit talis omissione contra institutionem, ut in Medico, qui stipendio ad medicandum aegrum ducitur, & medicamentum non præbet morienti. Si vero sit tantum contra charitatem, etiam si homicidium imputetur ad peccatum, non contrahitur irregularitas, vi si diuites pauperibus pereantibus non subveniant: Vnde, & qui nouit aliquem alicui mortem parare, si non revelat, quamvis verè occidentem sciat, non incurrit irregularitatem.

De Dispensatione irregularitatis ex homicidio. Cap. 89.

IRegularitas ex homicidio voluntario, non est de iure divino, sed humano: tollitur vero omnis per baptismum, & Papa in ea dispensat ad ordines, & benefi-